



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrnm vita conuenienter diuisatur peractiuam, & contemplatiuam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

## QVAEST. CLXXVIII.

**3. lib. 3. cap. 8. in princ. 7. tom. 4.** **hoc solum donum Spiritus sancti est, quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis, ut dicit Augustinus 15. \* de Trinitate. ergo videtur quod etiam mali possint miracula facere.**

**R E S P O N S U M.** Dicendum quod miraculorum aliqua quidem sunt non vera, sed phantastica facta, quibus scilicet ludificatur homo, ut videatur ei aliquid quod non est. Quædam vero sunt vera facta, sed non vere habent rationem miraculi, quia sunt virtute aliquarum naturalium causarum. Et haec duo possunt fieri per demones, ut supra dictum est: \* sed vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina, operatur enim ea Deus ad hominum utilitatem, & hoc duplicitur. Vno quidem modo, ad veritatem prædicare confirmationem. Alio modo, ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quoniam Deus hominibus vult propinquere in exemplum virtutis. Primo autem modo miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem prædicat, & nomen Christi inuocat, quod etiam interdum per malos sit: & secundum hunc modum etiam mali possunt miracula facere. Vnde super illud: \* **Matth. 7. tomo 9.**

**Matth. 7. tomo 9.** Non in nomine tuo propheta sumus &c. dicit Hiero. Propheta, vel virtutes facere, & demonia eieere, interdu non est eius merita qui operatur: sed inuocatio nominis Christi hoc agit, ut homines Deum honorent, ad cuius inuocationem sunt tanta miracula. Secundo autem modo non sunt miracula nisi a sanctis, ad quorum sanctitatem denunciandam miracula sunt vel in vita eorum, vel etiam post mortem sine per eos, sive per alios. Legitur enim Act. 9. quod Deus faciebat virtutes per manus Pauli: & etiam desuper languidos deferebantur a corpore eius suadaria, & recedebant ab eis languores. Et sic etiam nihil prohiberet per aliquem peccatorum miracula fieri ad inuocationem alicuius sancti, quæ tamen miracula non dicitur facere ille, sed ille ad cuius sanctitatem denunciandam haec fierent.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod sicut supra dictum est: \* cum de oratione ageretur, oratio in impenetrando non innititur merito, sed diuine misericordie, que etiam ad malos se extendit: & ideo etiam quandoque peccatorum oratio a Deo exauditur. Vnde Augustus dicit super Ioan. \* quod illud verbum cœcus locutus est, quasi adhuc inunctus, deest, nondum perfecte illuminatus: nam peccatores exaudit Deus. Quod autem dicitur, quod oratio non audiens legem, est exercitabilis, intelligendum est quantum est ex merito peccatoris: sed interdum impetrat ex misericordia Dei, vel propter salutem eius qui orat, sicut auditus est Publicanus, ut dicitur Luc. 18. vel etiam propter salutem aliorum, & gloriam Dei.

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod fides sine operibus dicitur esse mortua quantum ad ipsum credentem, qui per eam non viuit vita gratiae. Nihil autem prohibet, quod res viua operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentalis alter.

**A D T E R T U M** dicendum, quod semper miracula sunt vera testimonialis eius, ad quod indirecuntur. Vnde a malis qui fallam doctrinam enunciant, numquam sunt vera miracula ad confirmationem sua doctrinæ, quoniam quandoque fieri possint ad commendationem nominis Christi quod inuocant, & virtute sacramentorum quæ exhibent. Ab his autem qui veram doctrinam enunciant, sunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinæ, non autem

## ARTIC. II.

ad testificationem sanctissimam. Vnde ab ib. 83. q. Aliter magi faciunt miracula Christiani, aliter mali. Magi per præstitionem: mali christiani per significationem.

**A D Q U A R T U M** dicendum, quod ib. 83. quæ \* Admonet nos Dominus quædam miracula etiam potest facere, qualia sancti facere non possunt.

**A D Q U I N T U M** dicendum, quod ib. 83. quæ \* dicit, ideo non omnibus sanctis illa ardentissima pernicioſissimo errore decipiuntur, sed in talibus factis esse maiora dona reribus iustitia, quibus vita aeterna conservatur.

**G** **Q V A E S T I O C L X X I X .** **De vita activa, & contemplativa, & duos articulos diuina.**

**O N S E Q U E N T E R** considerandum est de vita activa, & contemplativa, ubi quadrupliciter consideratio occurrit. Quarum prima est de divisione in actum & contemplatum. Secunda, de vita contemplativa. Tertia, de vita activa. Quarta, de comparatione vita activa ad contemplativam.

**C I R C A** primum queruntur duo.

**P R I M O .** Vtrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam.

**S E C U N D O .** Vtrum diuisio sufficientis.

**A R T I C U L U S P R I M U S .**

**Vtrum vita convenienter dividatur per**

**actuum & contemplativum.**

**A D P R I M U M** sic procedatur. Videatur quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam. Anima enim est principium vita per suum essentiam, dicit enim Philolophus \* in 2. de anima, quod vivere, viventibus est esse: actionis & contemplationis principium est anima per suas potentias, ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam & contemplativam.

**P R I M A P R A T I C A .** Inconvenienter dividatur prius per differentias potestis: actionis autem & contemplationis, sive speculativum & prakticum, sunt differentiae intellectus, anima. \* Vivere autem est primus quantum vivere in eis viventibus primo frumentum vegetabilem, ut patet per Paulum de anima. ergo inconvenienter dividatur activam & contemplativam.

**S E C U N D A P R A T I C A .** Nomen vita importat modum

Dionylium 4. cap. \* de div. nom. dicitur.

tio consistit magis in quiete, secundum illud Sap. 8. A pertinet ad vitam actiua: & ad-  
Intrans in domum meam conquiscam cum illa.  
ergo videtur quod vita non conuenienter diuidatur  
per actiuam & contemplatiuam.

SED CONTRA est, quod Gregorius \* super Eze-  
chiel dicit. Due sunt vite, in quibus nos Deus om-  
nipotens per sacram eloquium erudit, actiuam videli-  
cet & contemplatiuam.

RESPON. Dicendum, quod illa propriè dicun-  
tur viuentia, que ex seipso mouentur, seu operantur.  
Illud autem maximè conuenit aliqui per seipsum,  
quod est proprium ei, & ad quod maximè inclina-  
tur: & ideo unumquodque viuens ostendit viuere  
ex operatione sibi maximè propria, ad quam maxi-  
mè inclinatur. Sicut plantarum vita dicitur in hoc  
consistere, quod nutritur, & generantur: anima-  
lium vero in hoc, quod sentiunt, & mouentur: ho-  
minum vero in hoc quod intelligent, & secundum  
rationem agunt. Vnde etiam & in hominibus vita  
vniuersusque hominis videtur esse id, in quo maxi-  
mè delectatur, & cui maximè intendit, & in hoc pre-  
cipue vult quilibet conuiuere amico, ut dicitur \* in  
Ethicorum. Quia ergo quidam homines prae-  
cipue intendunt contemplationi veritatis, quidam in-  
tendent principaliter exterioribus actionibus, inde  
est quod vita hominis conuenienter diuiditur per  
actiuam & contemplatiuam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod propria forma  
vniuersusque faciens ipsum esse in actu, est principi-  
um operationis proprius ipsius: & ideo vivere dici-  
tur esse viuentium ex eo, quod viuentia per hoc q[uod]  
habent esse per suam formam, tali modo operantur.

AD SECUNDUM dicendum, quod vita vniuersaliter  
sumpta, non diuiditur per actiuam, & contemplatiuam,  
sed vita hominis, qui speciem fortuit ex hoc,  
quod habet intellectum. & ideo eadem est diuisio  
intellectus, & vita humana.

AD TERTIUM dicendum, quod contemplatio ha-  
bet quidem quietem ab exterioribus motibus: ni-  
hilominus tamen ipsum contemplari est quidam mo-  
tus intellectus, prout quelibet operatio dicitur mo-  
tus, secundum quod dicit \* Philof. 3. de anima, quod  
sentire & intelligere sunt motus quidam, prout mo-  
tus dicitur actus perfecti. Et hoc modo † Dionys. 4.  
cap. de diui. nomi. ponit tres motus anima contem-  
plantis, scilicet rectum, circularem, & obliquum.

**¶ Super Questionis  
179. Articulum  
secundum.**

Vtrum vita sufficienter diuidatur per  
actiuam, & contemplatiuam.

IN art. 2. eiusdem  
quod, tria nota.  
Primum, in corpore  
artic. quod cognitio  
veritatis habet du-  
plicem finem, scilicet  
veritatem, & opus.  
Et hoc est etiam  
scientiam, nisi superius fuisse declaratum.  
¶ Secundum est in  
reponsione ad secun-  
dum, q[uod] in quo-  
libet mixto praemoti-  
onem aliquod sim-  
plicum. Et hoc ad  
Philosophum discu-  
tere spectat, an pos-  
sit dari mixto ex  
aequalibus extremis.  
Sed est hic nota, se-

A pertinet ad vitam actiuam: & ad-  
dit tertium ex vtroque compositum:  
ergo videtur quod insuffi-  
cienter diuidatur vita per actiuam  
& contemplatiuam.

¶ Prat. Vita hominis diuersificatur,  
fm quod homines diuersis a-  
ctionibus agunt: sed plura q[uod] duo  
sunt humanarum actionum studia.  
ergo videtur, quod vita debeat in  
plura membra diuidi, quam in actiuam  
& contemplatiuam.

SED CONTRA est, quod iste  
dua vita significatur per duas vxo-  
res Iacob: actiuam quidem per Liā,  
contemplatiuam vero per Rache-  
lem. Et per duas mulieres quae Do-  
minus hospitio receperunt, con-  
templatiuam quidem per Mariam,  
actiuam vero per Martham, vt Gre-  
gor. \* dicit 6. m. o. non autē esset  
haec congrua significatio, si essent  
plures, quam duae vite, ergo suffi-  
cienter diuiditur vita per actiuam  
& contemplatiuam.

RESPON. Dicendum, q[uod] sicut di-  
ctū \* est, diuisio ista datur de vita  
humana, qua quidem attenditur  
secundum intellectum. Intellectus  
autem diuiditur per actiuam & con-  
templatiuam, qui finis intellectu-  
ae cognitionis vel est ipsa cognitione veritatis, quod  
pertinet ad intellectum contemplatiuam: vel est ali-  
qua exterior actio, quod pertinet ad intellectum pra-  
eticum, sive actiuam. & ideo vita etiam sufficienter  
diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod vita voluptuo-  
sa ponit finem in delectatione corporali, que com-  
munis est nobis, & brutis. Vnde sicut Philof. \* ibidē  
dicit, est vita bestialis. Propter quod non compre-  
henditur sub praesenti diuisione, prout vita humana  
diuiditur in actiuam & contemplatiuam.

AD SECUNDUM dicendum, quod media conficiunt  
ur ex extremis: & ideo virtute continentur in eis,  
sicut tepidum in calido, & frigido, & pallidū in albo  
& nigro. Et similiter sub actiuo & contemplatiuo  
comprehenditur id, quod est ex vtroque compositum.  
Et tamen sicut in quolibet mixto predominat  
aliquid simplicium, ita etiā in medio genere vita  
superabundat quandoque quidem contemplatiuam,  
quandoque vero actiuam.

AD TERTIUM dicendum, quod omnia studia hu-  
maniarum actionum, si ordinentur ad necessitatē  
praesentis vite secundum rationem rectam, pertinēt  
ad vitam actiuam, que per ordinatas actiones confu-  
lit necessitati vita praesentis. Si autem deferantur, con-  
cupiscentię cuiuscumque, pertinent ad vitam voluptuo-  
sam, que non continetur sub vita actiuā. Humana ve-  
ro studia, que ordinantur ad considerationem veri-  
tatis, pertinent ad vitam contemplatiuam.

Q V A E S T I O C L X X X .  
De vita contemplativa, in octo articulos  
diuisa.

D E INDE consideran-  
dum est de vita contem-  
plativa.

¶ secundum doctrinam authoris nō po-  
test inveniri tale mi-  
stum, quod inceligo  
in esse permanent.

¶ Tertium est, in re-  
sponsione ad tertium,  
vbi author humana  
studia ad tria cap.

reducit ex parte tri-  
plicis finis, scilicet  
cōtemplationis, actionis,  
& voluntatis. Et hoc ter-  
tium ab utraque vita excludit ea  
ratione, quia de hu-  
manis studijs secun-  
dum rectam rationē  
est, erno. Non per-  
mittit autē recta ra-  
tio hominem stude-  
re voluntati tāquam  
fini, sed vel in ordi-  
ne ad actiones, vel  
ad cōtemplationes.

Et hæc ratio est vni-  
uersalis, hoc est, re-  
spectu omnium vo-  
luptatum. Illa autem  
qua ex communita-  
te delectationis no-  
bis & bruris animali-  
bus sumpta est ab Ar. p̄ced.  
Arifor. particularis ad 2.  
est respectu, scilicet  
delectationū gustus,  
& tactus.

Lib. 6. c. 28. 3  
medio, &  
Homil. 14. in  
Ezech. a me-  
dio.

tom. 5.

¶ Super Questionis  
179. Articulum  
secundum.

I N art. 1. Q. 180. col-  
ligendum & ordi-  
nandum est id, quod  
de vita